



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rev. Patr. Joannis Laurentii Berti, Ord. Eremit. S.
Augustini, Theologia Historico-Dogmatico-Scholastica,
Seu Libri, De Theologicis Disciplinis**

Berti, Giovanni Lorenzo

Monachii [u.a.], 1749

Quinti Voluminis Propositiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83684](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83684)

QUINTI VOLUMINIS PROPOSITIONES.

- | | |
|--|---|
| <p>I. Advenisse prænuntiatum in lege Mes-
siam liquet ex vaticinio Jacob, Gen.
XLIX. 4</p> <p>II. Frustra illud excutitur contortis, perversis-
que commentationibus Rabbiorum. 9</p> <p>III. Non juvant Hebræos variæ de ipsomet
vaticinio Catholicorum sententiæ. 13</p> <p>IV. Refellitur quoque pervicacia Hebræo-
rum oraculo Danielis cap. ix. 15</p> <p>V. Artaxerxes, cujus Epocha ad percipien-
das Danielis hebdomades plurimum de-
servit, regno potitus est anno 464. ante
Aeram Dionysianam. 22</p> <p>VI. Haud recte consignatur annus ejusdem
Artaxerxis vicesimus anno ante memora-
tam Aeram 453. ibid.</p> <p>VII. Neque ab anno illo vicesimo, sed à se-
ptimo prædefinitæ à Daniele hebdomades
initium ducunt. 23</p> <p>VIII. Nihil suffragatur Hebræis falsata Rab-
binorum suorum Chronologia. 27</p> <p>IX. Accedit ad eorum confutationem pro-
missio Prophetæ similis Moyssi, Deuterom-
mii XVIII. 29</p> <p>X. Item somnium Nabuchodonosoris à Da-
niel: explicatum: 31</p> <p>XI. Necnon quæ de Bethlehem inquit cap.
v. Michæas. 32</p> <p>XII. Et Aggæus de gloria secundi Templi.
ibid.</p> <p>XIII. Messias verò Prophetarum ore pro-
missus est JESUS NAZARENUS. 35</p> <p>XIV. De ipso Jesu Nazareno perhibuit te-
stimonium lib. xviii. Antiquitatum Jose-
phus, autographum utique, ac genuinum. 38</p> <p>XV. Hujus testimonii stilus undequaque
phrasi Flavianæ conformis est. 40</p> <p>XVI. Etiam Pagani ad credendum in Chri-
stum, nisi sponte clauderent oculos, in-
victis argumentis pertraherentur. 41</p> <p>XVII. De illius Apotheosi egit apud Sena-
tum Tiberius, quamvis mancipatus ido-
lorum superstitioni. 44</p> <p>XVIII. Inania prorsus sunt, quæ Gentiles</p> | <p>objectant adversus Dominicam Incarnatio-
nem. 47</p> <p>XIX. Venit Christus ad redimendum hu-
manum genus, nequaquam venturus, si
Adam in originali justitia perseverasset. 50</p> <p>XX. Ex Virgine absque virili semine con-
ceptus est. 54</p> <p>XXI. Nullius sunt ponderis argumenta, quæ
adversus perpetuam Deiparæ Virginitatem
audacter, & sacrilegè proferebat Helvidius. 57</p> <p>XXII. Divinum Verbum veram, & corpo-
ream assumpsit carnem, 59</p> <p>XXIII. Eamque non aliunde traxit, quàm
ex illibato Mariæ Virginis utero. 61</p> <p>XXIV. In Christi Genealogia à Matthæo,
& Luca Evangelistis descripta nulla inve-
nitur oppositio. 65</p> <p>XXV. Neque inde eruitur parentes Virgi-
nis non fuisse proprio nomine appellatos
Joachimum & Annam. 67</p> <p>XXVI. Hebræi non abarserunt ex libro Ge-
nesis generationem Cainanis. 69</p> <p>XXVII. Et tamen idem <i>Cainan</i> in Evange-
lio Lucæ non est mendose inlitus, nec per
errorem intrusus. 70</p> <p>XXVIII. Assumpta ex Virgine Christi ca-
ro non fuit ante passionem expers natu-
ralium corporum affectionum. 73</p> <p>XXIX. In eam sententiam propendimus,
quæ asserit Christi faciem neque fuisse in-
signiter venustam, neque deformem. 74</p> <p>XXX. Nulla passio accidit Salvatori relu-
ctanti, & invito. 76</p> <p>XXXI. Sed non caruit tamen ea passione,
quæ vero dolore affecerit ipsius animum. 77</p> <p>XXXII. Sanctus Hilarius Pictaviensis, ut
Christo tribuit verum corpus ex Mariæ
Virginis carne formatum, 79</p> <p>XXXIII. Ita non denegavit Redemptorino-
stro verissimi doloris sensum. 80</p> <p>XXXIV. Non corpus tantummodo, sed &
animam humanam divinum Verbum as-
sumpsit, 84</p> <p style="text-align: right;">XXXV.</p> |
|--|---|

PROPOSITIONES.

- XXXV. Et quidem mente, sive intelligenti facultate non destitutam. 85
- XXXVI. Christi intellectus non tantum divina scientia, verum etiam infusâ, & creatâ fuit cumulate exornatus. 86
- XXXVII. Habuit & scientiam experimentalem, & acquisitam. 87
- XXXVIII. Fuit in eodem Christo adhuc viatore scientia Beatorum, viditque perspicue in hac mortali vita divinitatem. ibid.
- XXXIX. At non habuit, in quantum homo, scientiam infinitam & comprehensivam. 88
- XL. Duæ quoque admittendæ sunt in Christo Domino voluntates: 93
- XLI. Quæ adversus Macarium, Pyrrhum, ceterosque Monothelitas appellari debent duæ voluntates *naturales*. 95
- XLII. Non debet in Christo propugnari una duntaxat operatio. ibid.
- XLIII. Honorius I. Romanus Pontifex in suis ad Sergium Epistolis nequaquam Monothelitis adhæsit; 99
- XLIV. Nec ullatenus attendendum est quicquid adversus eundem Honorium vel ex Actis Sextæ Synodi, vel aliunde depromitur. 101
- XLV. Beatissima Christi anima iis perfectionibus, quæ ad voluntatem solent referri, cumulatissimè prædita, fuit exornata quolibet genere sanctitatis. 107
- XLVI. Nullam habuit, nec potuit habere peccati maculam; 109
- XLVII. Tamen perfectissimâ arbitrii libertate polleret. 111
- XLVIII. Unionem utriusque naturæ substantialem, atque *hypostaticam* revera negavit impiissimus hæresiarcha Nestorius. 115
- XLIX. Quidquid is temerè effutierit; admittenda est in Christo una duntaxat Persona: 119
- L. Et gloriosissima Virgo verè, ac propriè Θεοτόκος, id est, Deipara est appellanda. 123
- LI. Divus Cyrillus invictissimus insectator Nestorii immeritò insimulatus fuit hæresis Apollinarii, 127
- LII. Singuli enim Anathematismi ejusdem Cyrilli doctrinam continent orthodoxam. 131
- LIII. Joannes Antiochenus, & ceteri Orientales, qui prælaudatos Anathematismos aliquando repudiaverunt, nunquam probaverunt Nestorii, aut Pelagii nefaria dogmata. 135
- LIV. De Theodoro tamen certum proferri nequit iudicium, nisi tempora, ejusque scripta sedulo distinguantur. 137
- LV. Triâ Capitula à V. Synodo jure meritoque fuerunt proscripta, 142
- LVI. Refellitur cum Nestoriana hæresis Eutychetis: duæ enim sunt in Christo post adunationem naturæ, distinctæ invicem, atque impermixtæ, eadem licet hypostasi subsistentes. 154
- LVII. Fungum habuit pro cerebro Avitus Academicus, dum in homilia quadam Clementis XI. Pontificis Maximi visus sibi est subodorare Eutychiani dogmatis pravitatem. 159
- LVIII. *Hypostaticam* unionem non esse *entitatem* quamdam ab extremis, ut inquirunt, distinctam recte asserunt Scholasticorum complures. 161
- LIX. Consentiant autem omnes eandem unionem substantialem esse, omnium maximam, & indissolubilem. 163
- LX. Illam nec sancti Patres, nec beatissima Virgo, imo nec ipse Redemptor, potuerunt (quantum ad *substantiam* attinet) promereri. 164
- LXI. Quæstionem scholasticam, an eandem naturam, quam Filius assumpsit, potuissent etiam assumere Spiritus sanctus, ac Pater, 166
- LXII. Ac alteram, num una Persona assumere queat naturas duas, 167
- LXIII. Necnon quæ à nonnullis agitur de natura irrationali, utpote parvi momenti, brevi juxta communior sententiam resolvimus. ibid.
- LXIV. At paulo accuratius pertractamus de iis, quæ unionem hypostaticam consequuntur, ac primum in Christo Domino propugnamus communicationem idiomatum; 170
- LXV. Minimè tamen admittenda est permutatio vocabulorum inter unam, & alteram Christi naturam: 171
- LXVI. Refutantur propterea *Ubiquistæ*, autumantes in humanam Christi naturam fuisse transfusam omnipresenciam. 173
- LXVII. Deinde refellitur error Felicis & Elipandi, qui affirmaverunt Christum esse Filium Dei adoptivum in sensu Nestoriano; 178
- LXVIII. Nequit enim Christus appellari Filius adscititius, aut adoptivus, etiam secundum humanitatem. 181
- LXIX. Et nihilominus Christus Jesus rectissime dicitur ab Apostolo *prædestinatus Dei Filius*. 188
- LXX. Cur verò appellari nequeat filius Spiritus sancti, ratio producit manifesta. 191
- LXXI. Etsi contradictionem non implicet Christum dici aliquo pacto Dei servum, 193
- LXXII. Nec repugnet ipsum appellari, ratione assumptæ *humanitatis*, creaturam; 196
- LXXIII. Congruum tamen magis est ab iis, & consimilibus enuntiationibus abstinere. 197
- LXXIV.

PROPOSITIONES.

- LXXIV. Uti possumus pertractantes de
unionem *hypostatice*, compositionis voca-
bulo, dummodo à nobis Nestorii, & Eu-
tychæ phrasæ cautè vitentur. 199
- LXXV. Hæc enuntiatio, *Unus è Trinitate*
passus est carne, est Catholica & ortho-
doxa. 201
- LXXVI. Monachi Scythæ hujus propositio-
nis assertores, quamvis tumultuose, ac
turbulenter se gesserint, ab hæresi tamen
Eutyechiana fuerunt immunes. 203
- LXXVII. Disputantes præterea, quantum huc
spectat, de Christi Sacerdotio, asserimus
Melchisedech non esse Angelum, neque
Virtutem quamdam cœlestem, neque Spi-
ritum sanctum, neque ipsummet Filium
Dei. 206
- LXXVIII. An fuerit autem Sem filius Noe,
an Chananeus genere, incertum: vide-
tur nobis hoc postremum esse probabi-
lius. 208
- LXXIX. Christus itaque est Sacerdos se-
cundum ordinem Melchisedech, quo-
niam in hujus Sacerdotis oblatione præfi-
guratum fuit sacratissimum Eucharistiæ
sacrificium. 210
- LXXX. Rex etiam fuit Dominus Jesus Chri-
stus, habens regni tam spirituales, quam
temporalis plenissimam potestatem. 218
- LXXXI. Caput item omnium Prædestina-
torum, universorumque supremus Ju-
dex. 221
- LXXXII. Insuper de satisfactione & merito
Christi differentes, præmittimus potuisse
Deum *absolute* reparare perditos homi-
nes absque Christi morte, & liberali con-
donatione. 224
- LXXXIII. Facta tamen hypothesi, quod
Deus decreverit complendam hominum
redemptionem reparata injuria sibi per
culpam illata, & soluto pretio captivita-
tis, necessariam fuisse Christi satisfactio-
nem. 226
- LXXXIV. Ostendimus unde hac in parte
profluxerit perniciosissimus error Socinia-
norum. ibid.
- LXXXV. Adversus pestiferam istorum hæ-
resim affirmamus Christum Jesum revera
esse humani Generis Redemptorem: 229
- LXXXVI. Hanc redemptionem peractam
soluto pretio, non prædicatione sola,
aut exemplo: ibid.
- LXXXVII. Idcirco Christum mortem per-
tulisse, ut nos erueret à peccato, dæmo-
nisque captivitate: 230
- LXXXVIII. Perferendo mortem peccato-
rum nostrorum luisse poenas: 232
- LXXXIX. Fuisse affixum cruci pro pecca-
tis nostris hostiam & sacrificium: 234
- XC. Nos per hanc eandem hostiam Deo
reconciliatos fuisse: 237
- XCI. In hac reconciliatione veram adinve-
niri peccatorum expiationem: 238
- XCII. Deum noluisse peccata nobis dimit-
tere, non exhibita divinæ justitiæ satis-
factione: 241
- XCIII. Id esse quammaximè decens, Deo-
que dignissimum: 242
- XCIV. Non fuisse injustum, quod Chri-
stus subierit pro nobis Crucis patibul-
um. 244
- XCV. Dogma istud Catholicum, quod
contra Socinianos defendimus, corrobo-
ratur Patrum traditione perpetua. 246
- XCVI. Nullius sunt momenti ad ipsum do-
gma labefactandum quælibet Sociniano-
rum sophismata. 249
- XCVII. Exhibita à Christo satisfactio ne-
dum æquivalens fuit, verum etiam supe-
rabundans. 266
- CVIII. Interfuerunt in eadem satisfactione
conditiones omnes, quæ requiruntur ad
exactas justitiæ leges. 269
- XCIX. Non poterat Deo condignè satisfa-
cere creatura rationalis obstricta pecca-
to. 275
- C. Imo nec creatura quælibet *pura*,
quantumvis gratiâ, meritoque exorna-
ta. 276
- CI. Pertinet ad universos homines Christi
redemptio. 279
- CII. Qui asseruit ab hoc universali beneficio
alienas esse mulieres, delirus fuit, ac in-
sanus. 281
- CIII. Erravit ex opposito Origenes antu-
mans Christum esse redemptorem dæmo-
num etiam ac damnatorum. 285
- CIV. Apostolorum Princeps non ait Domi-
num descendisse ad Inferos, ut inde im-
pios & incredulos liberaret. 287
- CV. Merita Christi infiniti sunt pretii. 291
- CVI. Quælibet ipsius oratio *absoluta* exau-
dita fuit à Patre. 293
- CVII. Competit ei peculiari modo titulus
Mediatoris. 294
- CVIII. Est autem Mediator, *ut Deus, &*
homo; in quantum opera redemptionis
prodierunt ex humana natura, & habue-
runt à persona Verbi pretium, valorem,
ac dignitatem. 295
- CIX. Etiamnum sedens à dextris Dei piissi-
mus Jesus orat, & interpellat pro nobis;
atque officium Mediatoris exercet. 296
- CX. Ut nonnulla denique proferamus ad
historiam peractæ reparationis spe-
ctantia, certum est Herodem, quo in
Palæstina regnante natus est Jesus, non
fuisse Judæum genere, sed *allophe-
lum*. 298
- CXI. Probabilior nobis videtur eorum sen-
tentia, qui illum existimant Idumæum,
quàm eorum, qui faciunt Aſcaloni-
tam. 299

R. P. Berti Theol. Tom. V.

A a a

CXII.

- CXII. Duplex Herodiana Epocha distinguenda est, quarum prima figenda est in anno U. C. 714. Coss. Domitio Calvino II. & Asinio Pollione, 301
- CXIII. Altera in anno, quo expugnata fuit Jerosolyma, ab U. C. ut arbitramur probabilius, 717. Coss. Agrippa & Gallo. 302
- CXIV. Obiit autem Herodes ante solemnitatem Azymorum, anno à condita U. 751. Coss. Lentulo, ac Messalino. 303
- CXV. Quod Recentiores definiunt, Herodem decessisse anno Urbis 750. labente Novembri, nobis penitus non probatur. 304
- CXVI. Cum itaque Christus natus sit in diebus Herodis regis, contigit salutifera Nativitas ante præcitatum Urbis annum 751. ac sententia quidem nostra, anno 749. Coss. Augusto XII. & Sulla. 309
- CXVII. Natale tamen Christi Dionysianum solido quadriennio post veram Nativitatem locandum est; & initium Aeræ vulgaris consignandum anno U. C. 754. C. Cæs. Aug. F. & L. Aem. Paulo Consulibus. ibid.
- CXVIII. Salvator Mundi, ut Romana tenet Ecclesia, natus est VIII. Kalendas Januarias. 313
- CXIX. Perperam submorosi Critici risu excipiunt, quæ de brutis ad præsepe Domini accubantibus plebs Christiana sibimet persuadet. 317
- CXX. Idem judicium ferendum est de Magis Christi Domini adoratoribus: quos Toparchas, & reges fuisse probabilitate non caret. 319
- CXXI. Adorarunt Magi puerum Jesum latræ cultu, non civili duntaxat, qualem Orientis populi Regibus præbent suis. 322
- CXXII. Domus Nazaretana Christi Incarnatione atque habitatione percelebris, anno 1294. sedente, ut refert Angelita, Bonifacio VIII. sive potius paucis diebus antequam Cælestinus V. proficisceretur in solitudinem, è Tarsatica in Lauretanum agrum divinitus transvecta est. 324
- CXXIII. Cum Dominus sit baptizatus & crucifixus imperante Tiberio, atque ad tempus peractæ Redemptionis definiendum figenda sit Epocha Tiberiana; dicimus ipsum Tiberium adeptum fuisse imperium Proconsulare anno U. C. 765. Coss. Cæsare, & Capitone. 327
- CXXIV. Jesus igitur ad baptismum venit vertente anno xv. imperii Tiberii Cæsaris, Urbis Conditiæ 779. ætatis suæ ineunte trigesimo. 329
- CXXV. Baptizatus est VII. Idus Januarias. 334
- CXXVI. Inter Christi baptismum, ejusque passionem tres anni, ac tres fere menses interceperunt. 336
- CXXVII. Elegit interim Apostolos, & Evangelium nuntiavit. 339
- CXXVIII. Petrus appellatus est *Cephas* propter Ecclesiæ primatum. ibid.
- CXXIX. Aliorum Apostolorum nomina explicantur. 340
- CXXX. Proditoris Judæ patria non fuit urbs *Cariotb*, sed *Schariath* oppidum tribus Ephraim. ibid.
- CXXXI. Confirmavit Dominus prædicationem suam miraculis divina virtute patrat, inter quæ eximium, maximumque fuit Lazari suscitatio. 341
- CXXXII. Epistola, quam ad Christum scripsisse fertur Abagarus Edessenorum Toparcha, & altera, qua ad eundem Abagaram dicitur Dominus dedisse responsum, quamvis non sint exploratissimæ auctoritatis, tanquam genuinæ possunt magna probabilitate defendi. 343
- CXXXIII. Subiit Dominus Crucis patibulum anno Vulgar. Aeræ XXI. Consulibus duobus Geminis. 345
- CXXXIV. Die autem mensis Martii quinta ac vicesima. 348
- CXXXV. Ab hac sententia, Patrum testimoniis, & annorum Christi supputationibus corroborata, nequaquam debemus recedere ob lunæ phases, aut calculos astronomorum. 350
- CXXXVI. Prima acerbissimæ Christi passionis actio evenit in Horto Gethsemani, ubi factum in agonia sudasse grumos sanguinis, verissima historia est, non assuta Evangelio Lucæ narratio. 353
- CXXXVII. Ibidem à Romana cohorte, missisque à Judæorum Senatu apparitoribus comprehensus est, ductore, ac proditore Juda, qui Deum, ac Magistrum suum vendidit triginta siclis argenteis, id est, 120. drachmis. 354
- CXXXVIII. Tam vili venditus Dominus, post quædam judicialia acta immanissime flagellis cæsus est, non quadraginta tantum ad correctionem verberibus, sed innumeris, iisque atrocissimis ad Judæorum livorem, & odium satiandum. 355
- CXXXIX. Coronatus deinde ad ludibrium augendum spineo diademate, non è marinis juncis plexo, sed è sentibus rhamni. 357
- CXL. Proficiscenti ad Golgotham absterfisse vultum sanguine, ac sudore manantem piam Jerosolymitanam mulierem, & expressam in ejus Velo Redemptoris imaginem, non est excogitatum à Mariano Scotto commentum. 359
- CXLI. Non discrepant circa horam Dominicæ Crucifixionis Marcus, & Joannes Evangelistæ. 360
- CXLII. Crux Domini arrectario, transversoque lignis fabricata est. 361
- CXLIII.

P R O P O S I T I O N E S.

CXLIII. Ipsi cruci affigendum Dominum
præuntiaverat Pf. xxi. regius Vates. *ibid.*
CXLIV. Non est planè certum sanctissimæ
Crucis lignum fuisse ex robore, aut quer-
cu; etsi in hanc sententiam descenderint
Recentiorum quamplurimi. 362
CXLV. In eadem hæsitacione sumus circa
lignum Crucis suppedaneum. *ibid.*
CXLVI. Valdè est probabile, non tamen
prorsus compertum, Cruci Redemptorem
nostrum suffixum fuisse quatuor clavis. 363
CXLVII. Fertur Dominus Jesus dum pen-

deret è Cruce, ad Occidentem spectasse. 364
CXLVIII. Ludunt operam, qui unius A.
Gellii testimonio probare nituntur Domi-
ni crucifixiores fuisse Bruttios. *ibid.*
CXLIX. Moriente Domino tenebræ factæ
sunt super universam terram, non super
solam Judæorum regionem. 365
CL. Postrema Christi verba linguâ, quæ
tunc temporis obtinebat, fuere prolata.
ibid.



INDEX